



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Phileremi Palaeologi Monachi De Oratione Dominica Liber**

**Lardenoy, Martin de**

**Parisiis, 1673**

Et Dimitte Nobis debita nostra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9892**

nico corpore tanquam membra  
 maneamus, ut ejus spiritu vegete-  
 mur, & non scandalizemur etiam si  
 multi modò nobiscum manducant  
 & bibunt temporaliter sacramen-  
 ta, qui habebunt in fine æterna  
 tormenta. <sup>a</sup> Dicitur est ergo de pa-  
 ne quotidiano, quia in istâ vitâ no-  
 bis est necessaria hæc petitio. <sup>b</sup>  
 Et quidquid animæ nostræ, &  
 carni nostræ in hâc vitâ necessa-  
 rium est, quotidiano pane conclu-  
 ditur.

<sup>a</sup> *Serm. 9.*  
*de diver.*  
*cap. 7.*  
<sup>b</sup> *Homil.*  
*42. cap. 4.*

## ET DIMITTE NOBIS debita nostra.

<sup>a</sup> *Ibid.*  
*cap. 5.*

*Luc 18.*  
*33.*

**Q**uis enim hîc vivit in carne,  
 & non habet debita? Quis est  
 homo sic vivens, ut ei non sit ista  
 oratio necessaria? Inflare se po-  
 test; justificare non potest. Bonum  
 est illi ut imitetur Publicanum, nec  
 tamescat sicut Pharisæus, qui as-  
 cendit in templum, & jactavit me-  
 rita sua, textit vulnera sua. Ille au-  
 tem scivit quare ascenderit, qui



dicebat : *Domine , propitius esto* ibid.  
*mihî peccatori.* Accessit per fi- a Serm.  
dem ad lavacrum regenerationis 29. de  
homo fidelis , & omnia dimissa verb. Ap.  
sunt ei. Jam sub gratiâ vivit , in fi- cap. 3.  
de vivit , membrum Christi factus  
est , templum Dei factus est : & ta-  
men sic quomodo membrum Chri-  
sti , & templum Dei factus est , si  
dixerit se non habere peccatum ,  
seipsum seducit , & veritas in eo 1. Ioan.  
non est : <sup>b</sup> quia non dixit Joannes ; 2. 8.  
*si dixerimus quia peccatum non* b Ibid.  
*habemus* , humilitas in nobis non cap. 3.  
est ; sed dixit : *Nos ipsos seducimus.* bid.  
*& veritas in nobis non est.* <sup>c</sup> Et ba- c Ser. 48.  
ptisati sumus , & debitores sumus : de divers.  
non quia aliquid remansit , quod cap. 7.  
in baptismo dimissum non fuerit ;  
sed quia vivendo contrahimus  
quod quotidie dimittatur. Qui  
baptisantur , & exeunt , sine debito  
ascendunt , sine debito pergunt.  
Qui autem baptisantur , & tenen-  
tur in hâc vitâ , de fragilitate mor-  
tali contrahunt aliquid , unde et



non naufragatur, tamen oportet  
ut sentinetur: Quia si non sentina-  
tur, paulatim ingreditur unde tota  
navis mergatur. <sup>a</sup> Considerate,

<sup>a</sup> Homil.  
42. cap. 5.

fratres mei: hoc Dominus Jesus  
Christus orare docuit discipulos  
suos, illos magnos primos Apo-  
stolos suos, arietes nostros. Si ergo  
pro peccatis suis dimittendis arie-  
tes orant, agni quid debent facere,  
de quibus dictum est: *Afferte Do-*

<sup>b</sup> Psal. 28 1.  
<sup>b</sup> Homil.  
70 cap. 3

*mino filios arietum?* Si hoc dis-  
pensatores verbi Dei, & ministri  
sacramentorum ejus, milites Chri-  
sti; quanto magis cetera stipendia-  
ria multitudo, & quaedam provin-  
cia magni regis? Quam ne fortè  
malâ suspicione avaritiæ miles ille  
fidelissimus atque fortissimus Apo-  
stolus Paulus offenderet, suis sti-  
pendiis militavit: & ubi fortè de-  
fuit sumptus necessarius: *Alias,*

<sup>c</sup> 2. Cor.  
11. 8.

*inquit, Ecclesias expoliavi, acci-  
piens ab eis stipendium ad vestram  
ministrationem. Quanto ergo ma-  
gis Ecclesiæ provinciales sæculari-  
bus*

bus



*de Oratione Dominica Lib. 145*  
bus negotiis obligatæ quotidianam  
debent agere pœnitentiam ? Qui  
quamvis à furtis , à rapinis , à frau-  
dibus , ab adulteriis & fornicationi-  
bus , omnique luxuriâ , à crudelita-  
te odiorum , & inimicitiarum per-  
tinaciâ , ab omni denique idolola-  
triæ fœditate , spectaculorum nu-  
gacitate , hæresum atque schisma-  
tum impiâ vanitate , atque ab om-  
nibus hujuscemodi flagitiis & fa-  
cinoribus immunes , puri atque in-  
tegrî esse debeant ; tamen propter  
administrationem rerum familia-  
rium , & conjugiorum arctissima  
vincula tam multa peccant , ut non  
tam de istius mundi pulvere asper-  
gi , quàm luto obliniri videantur.  
Hoc est quod Apostolus eis dicit :  
*Iam quidem omninò delictum est* 1. Cor. 6.  
*in vobis , quia judicia habetis in-* 7.  
*ter vos. Quare non magis iniqui-*  
*tatem patimini ? Quare non magis*  
*fraudamini ? Nam illud execrabile*  
*est quod propter quosdam addit ,*  
*& dicit : Sed vos iniquitatem fa-* ibid. v. 8.  
*citis , & fraudatis ; & hoc fratri-*

N



146 Phileremi Palaol. Monac.  
bus. Exceptis tamen iniquitatibus

& fraudibus, hoc ipsum, habere  
inter se judicia & lites de sæculari-  
bus rebus, delictum esse dicit:  
quod tamen ferendum esse admo-  
net si vel Ecclesiastico iudicio li-  
tes hujusmodi finiantur. Hinc est

1. Cor. 7.  
32. 33.

etiam illud: *Qui sine uxore est,*  
*cogitat quæ sunt Dei, quomodo*  
*placeat Deo: qui autem matrimo-*  
*nio conjunctus est, cogitat ea quæ*  
*sunt mundi, quomodo placeat uxo-*  
*ri.* Quod etiam de femina simi-  
liter notat. & illud cùm ait: &

Ibid. v. 5.

*item in idipsum estote, ne vos ten-*  
*tet Satanæ propter intemperan-*  
*tiam vestram.* Quod ut peccatum  
demonstraret esse, sed infirmitati

Ibid. v. 6.

concessum, subjecit statim: *Hoc*  
*autem dico secundum veniam, non*  
*secundum imperium.* Sola enim  
generandi causa est inculpabilis  
fexus utriusque commixtio. Quàm  
multa sunt alia peccata, sive in  
loquendo de rebus & negotiis alie-  
nis quæ non ad te pertinent, sive in  
vanis cachinnationibus, cùm scri-



ptum sit: *Stultus in risu exaltat* Eccl. 21.  
*vocem suam; sapiens autem vix* 32.  
*tacitè ridebit; sive in ipsis escis*  
quæ ad necessitatem sustentandæ  
hujus vitæ præparantur, avidior  
atque immoderatio appetitus,  
sæpe excessum modum postriduanâ  
cruditate contestans. <sup>a</sup> Certè cum  
in scripturis sanctis fueris contem- a In Psal.  
platus normam justitiæ, quantum 140. post  
cumque profeceris, invenies te med.  
peccatorem. Profecisti: jam unum  
Deum colis; optimè. Non forni-  
caris ab eo ad idola, ad mathemati-  
cos, ad fortilegos, ad haruspices,  
ad augures, ad maleficos: ista enim  
fornicatio est à Domino Deo. Jam  
es in aliquo numero membrorum  
Christi. Jam incipe videre etiam  
illa peccata societatis humanæ.  
Non occidis quemquam; non adul-  
teras cujusquam uxorem; non  
uxori tuæ eundo ad alteram inju-  
riam facis; non ullâ pessimâ cor-  
ruptelâ te contaminas; abstinuisti  
manus à furto, linguam à perjurio,  
cor à concupiscendo rem proximâ



148 *Phileremi Palaol. Monac.*  
tui. Jam justus es; attende cætera;  
noli jam superbire. Nihil-ne pec-  
cas in linguâ? Non prolaberis in  
verbum durum? Sed quid ma-  
gnum? Dicis. Quid magnum?

*Matth. 5.* *Qui dixerit fratri suo, fatue;*  
*22.*  
*a In Ps.* *rens erit gehenna ignis.* <sup>a</sup> Si parvum  
*129. med.* tibi videtur aut modicum fratri di-  
cere, fatue; vel gehenna ignis vi-  
deatur tibi magna. Si contemne-  
bas minus peccatum, vel pœnæ

*b In Psal.* *magnitudine deterrere.* <sup>b</sup> Contre-  
*140. post* *miscit jam tota illa superbia. Ecce*  
*med.* jam non valde facit unde Deus vi-  
deatur impietate aliquâ blasphema-  
ri: non irruit in aliquem læden-  
dum: non facit alteri quod pati

*Tob. 4.* non vult. Quid de linguâ? Quis  
*16.* illam domat? Sed ecce jam & ip-  
*Matth. 7.* sam frænasti; quamquam quis tan-  
*12.* tus ut hoc omnino perficiat? Sed  
ecce jam & ipsam frænasti. Quid  
facis de cogitationibus tuis? Quid  
facis de tumultu & catervâ rebel-  
lantium desideriorum? Non eis  
das membra. Ita credo & video.

*c In Psal.* *Sed tamen cogitationes aliquando*  
*85.* *inclinantur.* <sup>c</sup> Ferat quisque cor



suum, & intueatur se sine adula- <sup>Post init.</sup>  
tione, & sine palpatione. Nihil  
est enim stultius quàm si seipsum  
quisque palpet atque seducat. At-  
tendat ergo, & videat quanta  
aguntur in corde humano: quem-  
admodum ipsæ plerumque oratio-  
nes impediuntur vanis cogitationi-  
bus, ita ut vix stet cor ad Deum  
suum. Et vult se tenere ut stet, &  
quodammodo fugit à se, nec inve-  
nit cancellos, quibus se includat,  
aut obices quosdam quibus reti-  
neat avolationes suas, & vagos  
quosdam motus. <sup>a</sup> Corpus proster-  
nis; collum curvas; confiteris pec- <sup>a In Psal.</sup>  
cata; Deum adoras. Video corpus <sup>149. post</sup>  
ubi jaceat; quæro ubi volitet ani- <sup>med.</sup>  
mus. Video membra jacentia: vi-  
deamus si stet conscientia; vide-  
amus si fixa est in eum quem ado-  
rat. Sic autem cogitationibus ple-  
rumque tanquam æstu maris abri-  
pitur, & tempestate tollitur in  
aliud atque aliud. Modò si mecum  
loquereris, & subitò averteres te  
ad servum, & dimitteres me, non



dico à quo aliquid petebas, sed cum quo ex æquo loquebaris; non mihi injuriam factam deputarem?

<sup>a</sup> *In Psal.*  
85. *post*  
*init.*

Et tolerat Deus tot corda pre-  
cantium, & diversas res cogitan-  
tium; omitto dicere, & noxias;  
omitto dicere, aliquando perversas  
& inimicas Deo. Ipsas super-  
fluas cogitare, injuriâ est eius cum  
quo loqui cæperas. Oratio tua, lo-  
cutio est ad Deum. Quando leg-  
gis, Deus tibi loquitur; quando  
oras, cum Deo loqueris. Sed quid?  
Desperandum est de genere huma-  
no, & dicendum jam ad damna-  
tionem pertinere omnem homi-  
nem cui surreperit aliqua cogi-  
tatio oranti, & interruperit ora-  
tionem ipsius? Si hoc dixerimus,

<sup>b</sup> *Tract.*  
41. *in*  
*Ioan. med.*

fratres; quæ spes remaneat, non  
video. <sup>b</sup> Quemlibet valdè justum  
discutias in hâc vitâ, quamvis jam  
sit dignus justî vocabulo, non est  
tamen sine peccato. Audi ipsum  
sanctum Ioannem . . . . in Episto-  
lâ suâ dicentem: *Si dixerimus,*  
inquit, *quia peccatum non habe-*

*1. Ioan.*  
*1. 8.*



*de Oratione Dominica Lib. 151*  
*mus; nos ipsos decipimus, & veri-* Ps. 87. 1.  
*tas in nobis non est. Solus hoc di-*  
*cere potuit in mortuis liber; de*  
*solo dici potuit, qui non noverat*  
*peccatum: etenim expertus est om-*  
*nia secundum similitudinem, sine* Heb. 4.  
*peccato: solus dicere potuit, Ecce* 15.  
*veniet princeps mundi, & in me* Ioan. 14.  
*nihil inveniet.* 30. *Quemcumque*  
*alium licet justum discussis, non*  
*omnimodo est sine peccato: nec*  
*qualis erat Job, cui Dominus tale* Iob. 1.  
*testimonium perhibebat, ut dia-*  
*bolus invideret, & postularet ten-*  
*tandum; tentans superaretur, ut*  
*ille probaretur. Ideo autem ille*  
*probatus est, non quia latebat*  
*Deum coronandus, sed ut innotef-*  
*ceret hominibus imitandus. Etiam*  
*ipse Job quid dicit? Quis enim*  
*mundus? Nec infans cujus est* Iob.  
*unius diei vita super terram. Sed*  
*planè multi justis dicti sunt sine*  
*querelâ; quod intelligitur, sine*  
*crimine; nulla enim querela justa*  
*est de his in rebus humanis, qui*  
*non habent crimen. Crimen au-*



152 *Phileremi Paleol. Monac.*  
tem est peccatum grave, accusa-  
tione & damnatione dignissimum.  
Non ergo Deus quædam peccata  
damnat, quædam justificat & lau-  
dat. Nulla laudat, sed odit omnia.  
Quomodo odit medicus ægritudi-  
nem ægroti; & id agit curando  
ut ægritudo pellatur, æger levetur:  
Sic Deus gratiâ suâ hoc in nobis  
agit ut peccatum consumatur, ho-  
mo liberetur. Sed quando consu-  
mitur? inquires. Si minuitur, qua-  
re non consumitur? Minuitur au-  
tem in vitâ proficientium, quod in  
vitâ consumitur perfectorum. Pri-  
ma est ergo libertas, carere crimi-  
nibus. Ideo & Apostolus Paulus  
quando elegit ordinandos vel  
presbyteros vel diaconos & qui-  
cumque ordinandus est ad præpo-  
situram Ecclesiæ; non ait: si quis  
sine peccato est: hoc enim si dice-  
ret, omnis homo reprobaretur,  
nullus ordinaretur. Sed ait: *Si*  
*quis sine crimine est*; sicut est homi-  
cidium, adulterium, aliqua im-  
munditia fornicationis, furtum,

Tit. 1. 6.  
1. Tim. 3  
10.



*de Oratione Dominica Liber. 153*  
fraus, sacrilegium, & cætera hu-  
jusmodi. Cùm caperit ea non ha-  
bere homo (debet autem non ha-  
bere omnis Christianus homo,) )  
incipit caput erigere ad libertatem:  
sed ista inchoata est, non perfecta  
libertas. Quare, inquit aliquis,  
non est perfecta libertas? quia *vi-*  
*deo aliam legem in membris meis,*  
*repugnantem legi mentis mee: non*  
*enim quod volo, hoc ago; sed quod*  
*odi, illud facio. . .* Ex parte liber-  
tas, ex parte servitus: nondum to-  
ta, nondum pura, nondum plena  
libertas; quia nondum æternitas.  
Habemus enim ex parte infirmita-  
tem, ex parte accepimus liberta-  
tem. Quidquid peccatum est à no-  
bis antea, deletum est in baptif-  
mo. Nunquid quia deleta est tota  
iniquitas, nulla remansit infirmi-  
tas? Si non remansisset, sine pecca-  
to hîc viveremus. Quis autem au-  
deat hoc dicere nisi superbus, nisi  
misericordiâ liberatoris indignus,  
nisi qui seipsum vult decipere, &  
in quo veritas non est? Ergo ex eo

Rom. 7.

23.

Ibid. 7.

19.

1. Ioan.

2. 47



quod remansit aliquid infirmitatis, audeo dicere, ex quâ parte servimus Deo, liberi sumus; ex quâ parte servimus legi peccati, adhuc servi sumus. Itaque sanctorum hominum vitam, quamdiu in hâc morte vivitur, inveniri posse dicimus sine crimine: <sup>a</sup> Sed quoniam *tentatio est vita humana super terram*, etiamsi à criminibus longè simus, non tamen deest ubi desiderii peccati vel facti vel dicti vel cogitatu obediamus, quando adversus majora vigilantibus, quædam incautis minuta surrepunt: quæ si adversus nos colligantur, etsi non singula suis motibus conterunt, omnia tamen acervo nos obruunt. <sup>c</sup> Quis tandem facile reperitur, qui eosdem ipsos, propter quorum horrendam superbiam, luxuriam, & avaritiam atque execrabiles iniquitates & impietates Deus, sicut minando prædixit, conterit terras, sic habeat ut habendi sunt; sic cum eis vivat ut cum talibus vivendum est? Plerumque

<sup>a</sup> *Enchiridii cap. 64.*

<sup>b</sup> *In Ps. 118. Con. 3. med. Job. 7. 1.*

<sup>c</sup> *Lib. 1. de civi. Dei. p. 2.*



*de Oratione Dominica Lib. 155*  
enim ab eis docendis, admonendis,  
aliquando etiam objurgandis &  
corripiendis malè dissimulatur;  
vel cùm laboris piget, vel cùm eo-  
rum os coram verecundamur of-  
fendere, vel cùm inimicitias de-  
vitamus, ne impediunt & noceant  
in istis temporalibus rebus, sive  
quas adipisci adhuc appetit nostra  
cupiditas, sive quas amittere for-  
m' dat infirmitas; ita ut (quamvis  
bonis vita malorum displiceat, &  
ideo cum eis non incidant in illam  
damnationem, quæ post hanc vi-  
tam talibus præparatur; tamen quia  
propterea peccatis eorum damna-  
bilibus parcunt, dum eos in suis  
licet levibus & venialibus me-  
tuunt,) jure cum eis temporaliter  
flagellentur, quamvis in æternum  
minimè puniantur. Jure istam vi-  
tam, quando divinitus affliguntur  
cum eis, amaram sentiunt, cujus  
amando dulcedinem, peccantibus  
eis amari esse noluerunt. Nam si  
propterea quisque objurgandis &  
corripiendis malè agentibus parcat.



quia opportunius tempus inquirit,  
 vel eisdem ipsis metuit ne deterio-  
 res ex hoc efficiantur, vel ad bo-  
 nam vitam & piam erudiendos im-  
 pediant infirmos alios, & premant  
 atque avertant à fide; non videtur  
 esse cupiditatis occasio, sed consi-  
 lium charitatis. Illud est culpabi-  
 le, quòd hi qui dissimiliter vivunt,  
 & à malorum factis abhorrent,  
 parcunt tamen peccatis alienis,  
 quæ dedocere & objurgare debe-  
 rent, dum eorum offensiones ca-  
 vent, ne sibi noceant in his rebus  
 quibus licitè boni atque innocen-  
 tes utuntur, sed cupidius quàm  
 oportebat eos qui in hoc mundo  
 peregrinantur, & spem supernæ  
 patriæ præ se gerunt. Non solùm  
 quippe infirmiores, vitam ducen-  
 tes conjugalem, filios habentes vel  
 habere quærentes, domos ac fami-  
 lias possidentes ( quos Apostolus in  
 Ecclesiâ alloquitur docens & mo-  
 nens quemadmodum vivere de-  
 beant; & uxores cum maritis, &  
 mariti cum uxoribus, & filij cum

Ephes. 5.



*de Oratione Dominica Lib. 157*  
parentibus, & parentes cum filiis,  
& servi cum dominis, & domini  
cum servis; ) multa temporalia,  
multa terrena libenter adipiscun-  
tur, & molestè amittunt; propter  
quæ non audent offendere homines  
quorum vita sibi contaminatissima  
& consceleratissima displicet: ve-  
rùm etiam hi, qui superiorem vi-  
tæ gradum tenent, nec conjugali-  
bus vinculis irretiti sunt, & victu  
parvo ac tegumento utuntur, ple-  
rumque suæ famæ ac salutis consu-  
lentes, dum insidias atque impe-  
tus malorum timent, ab eorum re-  
prehensione sese abtinent. Et  
quamvis non in tantum eos me-  
tuant ut ad similia perpetranda  
quibuslibet eorum terroribus at-  
que improbitatibus cedant; ea ip-  
sa tamen quæ cum eis non perpe-  
trant, nolunt plerumque corripere  
cùm fortasse possint aliquos corri-  
piendo corrigere; ne, si non po-  
tuerint, sua salus ac fama in peri-  
culum exitiumque perveniant.  
Nec eâ consideratione, quâ suam



158 *Phileremi Palaol. Monac.*  
famam ac salutem vident esse ne-  
cessariam utilitati erudiendorum  
hominum, sed eâ potius infirmita-  
te quâ delectat lingua blandiens &  
humanus dies, & reformidatur  
vulgi iudicium, & carnis excrucia-  
tio vel peremptio; hoc est, propter  
quædam cupiditatis vincula, non  
propter officia charitatis. <sup>a</sup> Quâ in  
re non utique parem, sed longè  
graviores habent causas, quibus  
per Prophetam dicitur: *Ille qui-*  
*dem in suo peccato morietur, san-*  
*guinem autem ejus de manu spe-*  
*culatoris requiram.* Ad hoc enim  
speculatores, hoc est, populorum  
præpositi constituti sunt in Eccle-  
siis, ut non parcant objurgando  
peccata. Nec ideo tamen ab hu-  
juscemodi culpâ penitus alienus  
est, qui, licet præpositus non sit,  
in eis tamen quibus vitæ hujus ne-  
cessitate conjungitur, multa mo-  
nenda vel arguenda novit & negli-  
git, devitans eorum offensiones  
propter illa quibus in hâc vitâ non  
indebitis utitur, sed plusquam de-

*a Lib. 1.  
de civit.  
Deicap.  
9.  
Ezech.  
33. 6.*



*de Oratione Dominica Lib. 159*  
buit delectatur. <sup>a Epist.</sup> Quid dicam de <sup>250a</sup>  
vindican- do vel non vindican- do,  
quandoquidem hoc totum ad eo-  
rum salutem proficere volumus,  
in quos vindicandum aut non vin-  
dicandum esse arbitramur? Quis  
etiam sit vindicandi modus, non  
solùm pro qualitate vel quantitate  
culparum, verum etiam pro qui-  
busdam viribus animorum, quid  
quisque sufferat, quid recuset, ne  
non solùm non proficiat, sed etiam  
deficiat; quàm profundum & late-  
brosum est? Impendentem quoque  
vindictam metuentes; quæ ab ho-  
minibus metuitur, nescio utrum  
plures correcti sunt, quàm in de-  
terius abierunt, cùm sæpe accidat  
ut si in quemquam vindicaveris,  
ipse pereat; si inultum reliqueris,  
alter pereat. Ego in his quotidie  
peccare me fateor, & ignorare  
quando quove modo custodiam id  
quod scriptum est: *Peccantes co-* <sup>1. Tim. 5.</sup>  
*ram omnibus argue, ut ceteri ti-* <sup>20.</sup>  
*morem habeant; & quod scriptum* <sup>Matth.</sup>  
*est: Corripe eum inter te & ipsum* <sup>18. 15.</sup>



*a* Lib. 1. *solum.* <sup>2</sup> Necessè est enim ut pec-  
*oper. ult.* cet qui nesciendo quid facere de-  
*cont. Iul.* beat, quod non debet facere facit:  
*n. 10.,* de quo genere malorum Deus ro-

*Psal. 24.* gatur, ubi dicitur: *Delicta juven-*  
*7.* *tutis & ignorantia mea ne memi-*

*neris.* Quod genus delictorum si  
 non imputaret Deus justus, non ea  
 sibi dimitti posceret homo fidelis.

*b* *Epist.*  
*250.*

<sup>b</sup> Quid? cum ea quæ non approba-  
 mus in eorum qui intus sunt sermo-  
 ne vel scriptis; putantesque id ad  
 fraternæ charitatis libertatem per-  
 tinere, iudicium nostrum non oc-  
 cultamus, & hoc non benevolen-  
 tiâ, sed invidiâ facere credimur;  
 quantum peccatur in nos? Et cum  
 similiter eos qui nostras sententias  
 reprehendunt, lædere potius velle  
 quàm corrigere suspicamur, quan-  
 tum peccamus in alios? Certè hinc  
 existunt inimiciæ plerumque  
 etiam inter carissimas familiarissi-  
 masque personas, dum supra quàm  
*1. Cor. 4.* scriptum est, *unus pro altero infla-*  
*6.* *tur adversus alterum, & dum*  
*mordent & comedunt invicem,*  
 timendum



timendum est ne consumantur ab invicem. <sup>a</sup> Quid, cum sopitos deludunt somnia sensus, <sup>b</sup> non solum usque ad delectationem, sed etiam usque ad consensionem factumque simillimum? <sup>c</sup> Piget cuncta colligere, quæ quisque in seipso certius comprehendit atque reprehendit, si divinarum scripturarum speculum non negligenter attendat. Quæ quamvis singula non lethali vulnere ferire sentiantur, sicuti homicidium & adulterium, vel cætera hujusmodi; tamen omnia simul congregata velut scabies quo plura sunt necant, & nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi speciosi formâ præ filiis hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianæ pœnitentiæ defecentur. Quod si falsum est, unde quotidie tundimus pectora? quod nos quoque Antistites ad altare assistentes cum omnibus facimus: unde etiam orantes dicimus, quod in totâ istâ vitâ oportet ut dicamus: *Dimittis*

a Lib. 4.  
cont. Iul.  
cap. 2.  
b Lib. 10.  
confess.  
cap. 30.  
c Homil.  
50. cap. 5.

○



<sup>a</sup> Lib. de  
perfect.  
iustitia.  
cap. 8.

<sup>b</sup> Ibid.  
cap. 6.

<sup>c</sup> Lib. 2.  
de pec.  
mer. cap.

17.  
<sup>d</sup> Tract.  
25. in  
Ioan. posi  
med.

nobis debita nostra. <sup>a</sup> In quâ oratione si contentiosi esse nolumus, satis nobis propositum speculum est, ubi inspiciatur vita justorum, qui ex fide vivunt & perfectè currunt, quamvis sine peccato non sint; unde dicunt, *Dimitte nobis*, quia nondum quò curritur pervenerunt. <sup>b</sup> Peccatum est autem, cum vel non est charitas quæ esse debet, vel minor est quàm debet, sive hoc voluntate vitari possit, sive non possit: Quia si potest, præsens voluntas hoc facit; si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit. Et tamen vitari potest, non quando voluntas superba laudatur, sed quando humilis adjuvatur. <sup>c</sup> Vitiorum namque omnium humanorum causa superbia est. <sup>d</sup> Cura superbiam, & nulla erit iniquitas. Ut ergo causa omnium morborum curaretur, id est, superbia, descendit & humilis factus est Filius Dei. Quid superbis homo? Filius Dei propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem.



*de Oratione Dominica Lib. 163*  
hominem ; saltem imitare humi-  
lem Deum. Venit Filius Dei in ho-  
mine, & humilis factus est. Præ-  
cipitur tibi ut sis humilis. Non tibi  
præcipitur ut ex homine fias pecus.  
Ille Deus factus est homo : tu ho-  
mo cognosce quia es homo. Tota  
humilitas tua est ut cognoscas te.

Ad elatum hominem per super- a Lib. 2<sup>o</sup>  
biam, Deus humilis descendit per de pecc.  
misericordiam, gratiam claram merit.  
manifestamque commendans in cap. 17.  
ipso homine quem tantâ præ par-  
ticipibus suis charitate suscepit.  
Neque enim & ipse ita verbo Dei  
conjunctus, ut ipsâ conjunctione  
unus Filius Dei, & idem ipse unus  
filius hominis fieret, præcedenti-  
bus suæ voluntatis meritis fecit.  
Unum quippe illum esse oportebat.  
Essent autem & duo, & tres,  
& plures, si hoc fieri posset non per  
Dei proprium donum, sed per ho-  
minis liberum arbitrium. Hoc er-  
go præcipuè commendatur ; hoc in  
sapientiæ atque scientiæ thesauris  
in Christo absconditis, quantum

O ij



164 *Phileremi Palaol. Monac.*  
existimare audeo, præcipuè doce-  
tur & discitur. Ideo quisque no-  
strum bonum opus suscipere, age-  
re, implere nunc scit, nunc nescit,  
nunc delectatur, nunc non dele-  
ctatur; ut noverit non suæ facul-  
tatis, sed divini muneris esse vel  
quòd scit, vel quòd delectatur; ac  
sic ab elationis vanitate sanetur;  
& sciat quàm verè non de terrâ  
istâ, sed spiritualiter dictum sit;

*Psal. 84.*  
*13.*

*Dominus dabit suavitatem, &*  
*terra nostra dabit fructum suum.*  
Tanto autem magis delectat opus  
bonum, quanto magis diligitur  
Deus, summum atque incommu-  
tabile bonum. <sup>2</sup> Idcirco etiam san-  
ctos & fideles suos in aliquibus vi-  
tiis tardius sanat, ut in his eos mi-  
nùs quàm implendæ ex omni parte  
justitiæ sufficit, delectet bonum,  
sive cùm latet, sive cùm etiam ma-  
nifestum est; ut quantum pertinet  
ad integerrimam regulam verita-  
tis ejus, non justificetur in conspe-  
ctu ejus omnis vivens. Nec in eo  
ipso vult nos damnabiles esse, sed

*2 Ibid.*  
*cap. 19.*



humiles, commendans nobis eandem gratiam suam, ne, facilitatem in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod ejus est: qui error multum est religioni pietati-que contrarius. Nec ideo tamen in eisdem vitiis nobis permanendum esse existimemus; sed adversus ipsam maximè superbiam propter quam in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipsum deprecemur ardentem; simul intelligentes, & quòd sic conamur, & quòd sic deprecemur, dono illius nos habere; ut in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes, Domino Deo nostro gratias agamus, & cum gloriamur, in illo gloriemur. <sup>a</sup> Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem; <sup>b</sup> quicumque in hac vitâ divinarum scripturarum testimoniis in bona voluntate atque actibus justitiæ prædicati sunt, & quicumque tales vel post

1. Cor. 13

32.

a Lib. de

nat. &

gr. it. cap.

36.

b Lib. 2.

de pecc.

merit. cap.

14.



eos fuerunt, quamvis non eiſdem  
 testimoniis prædicati atque lauda-  
 ti, vel nunc uſque etiam ſunt, vel  
 poſtea quoque futuri ſunt; omnes  
 magni, omnes juſti, omnes veraci-  
 ter laudabiles ſunt; ſed ſine pecca-  
 to aliquo non ſunt. <sup>a</sup> Quiſquis au-  
 tem dicit, poſt acceptam remiſſio-  
 nem peccatorum ita quemquam  
 hominem juſtè vixiſſe in hâc carne,  
 vel vivere, ut nullum habeat om-  
 nino peccatum, contradicit Apo-  
 ſtolo Joanni qui ait: *Si dixerimus  
 quia peccatum non habemus, nos  
 ipſos ſeducimus, & veritas in nobis  
 non eſt.* Non enim ait, habuimus;  
 ſed, *habemus.* Quod ſi quis aſſerit  
 de illo peccato eſſe dictum, quod  
 habitat in carne mortali noſtrâ, ſe-  
 cundùm vitium quod peccantis  
 primi hominis voluntate contra-  
 ctum eſt; cujus peccati deſideriis  
 ne obediamus Paulus Apoſtolus  
 præcepit: non autem peccare, qui  
 eidem peccato quamvis in carne  
 habitanti ad nullum opus malum  
 omnino conſentit vel facti, vel di-

a Lib. de  
 perf. ct.  
 iuſtit.  
 21.

1. Ioan.  
 1. 8.

Rom. 6.  
 12.



*de Oratione Dominica Lib. 167*  
eti, vel cogitati, quamvis ipsa concupiscentia moveatur, quæ alio modo peccati nomen accepit, quòd ei consentire, peccare sit, nobisque moveatur invitis: subtiliter quidem ista discernit; sed videat quid agatur de Dominicâ oratione, ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra.* Quod, nisi fallor, non opus esset dicere, si nunquam vel in lapsu linguæ, vel in oblectandâ cogitatione, ejusdem peccati desideriis aliquantulum consentiremus; sed tantummodo dicendum esset: *Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo.* Nec Jacobus Apostolus diceret: *In multis offendimus omnes.* Non enim offendit nisi cui mala concupiscentia contra justitiæ rationem appetendo seu vitando, faciendum, vel dicendum, vel cogitandum aliquid quod non debuit, sive fallens sive prævalens persuadet. Postremò, si excepto illo capite nostro, sui corporis salvatore, asseruntur vel fuisse vel esse in hac vitâ aliqui homi-

Matth.  
6. 12.

ibid. v.

13.

Jacob. 3.

2.



nes justi sine aliquo peccato, si-  
ve nunquam consentiendo desi-  
deriis ejus, siue quia pro nullo  
peccato habendum est, quod

Legen-  
dum for-  
tè tantu-  
lum.

Psal. 31.  
a.

*tantum est* ut hoc pietati non  
imputet Deus (quamvis aliter  
sit beatus sine peccato; aliter au-  
tem beatus, *cui non imputat*

*Dominus peccatum*; ) non nimis  
existimo reluctandum: scio enim  
quibusdam esse visum; quorum  
de hac re sententiam non audeo  
reprehendere, quanquam nec de-  
fendere valeam. <sup>a</sup> Sed non con-

<sup>a</sup> Lib. de  
sanctâ  
virginit.  
cap. 50.

tendo cum eis qui asserunt. . . . For-  
tasse enim ex nostrâ miseriâ magnos  
metimur, & *comparantes nosmet-*  
*ipsos nobismetipsis*, non intelli-  
mus. Unum scio quod isti magni,  
quales non sumus,uales nondum  
experti sumus, quanto magni sunt,  
tanto humiliant se in omnibus, ut  
coram Deo inveniant gratiam.

2. Cor.  
10. 12.

<sup>b</sup> Lib. de  
spir. &  
hist. cap. 2.

<sup>b</sup> Quin etiam si nemo est aut fuit  
aut erit, quod magis credo, tali  
puritate perfectus; & tamen esse  
aut fuisse, aut fore defenditur &  
putatur,



putatur, <sup>a</sup> sive in istâ frequentiâ <sup>a Lib. de</sup>  
hominum, sive in solitudine mo- <sup>gestis pe-</sup>  
nachorum, cui non sit jam necessa- <sup>lag. cap.</sup>  
rium, non propter alios, sed etiam <sup>30.</sup>

propter seipsum dicere in oratio-  
ne: *Dimitte nobis debita nostra;*

<sup>b</sup> quantum ego judicare possum, <sup>b Lib. de</sup>  
non multum erratur, nec pernicio- <sup>spir. &</sup>  
sè, cum quadam quisque benevo- <sup>litt. cap. 20.</sup>

lentiâ fallitur: si tamen qui hoc  
putat, seipsum talem esse non pu-  
tet, nisi reverâ ac liquidò talem se  
esse perspexerit. <sup>c</sup> Quisquis itaque <sup>c Tom.</sup>

se diligenter attendens nullâ seip- <sup>50. cap. 3.</sup>

sum adulatione seducit, satis intel-  
ligit cum quanto periculo mortis æ-  
ternæ, & cum quantâ penuriâ perfe-  
ctæ justitiæ peregrinetur à Domino,  
quamvis jam in Christo, hoc est,  
in viâ constitutus redire conetur.

Nam si non habemus peccata, &  
tudentes pectora dicimus: *Dimitt-* <sup>Matth. 6.</sup>

*te nobis debita nostra;* ex hoc ipso  
certè & graviter nullo dubitante  
peccamus, cum inter ipsa sacra-  
menta mentimur. Quamobrem  
inquantum Deo nostro fide, spe,

P



i. Ioan.  
3. 2.

Ibid. v. 3.

ii. Ioan.  
1. 8.

& charitate connectimur, & eum in quantum possumus, imitamur; non peccamus, sed *fily Dei sumus*: in quantum autem ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondum morte resoluta, nondum resurrectione mutata est, motus reprehensibiles improbique surrepunt, peccamus. Quod utique fateri nos convenit: ne durâ cervice non languoris nostri sanitatem, sed damnationem superbiæ mereamur. Unde utrumque verissimè scriptum est, & *Qui natus est ex Deo non peccat*; & quod in eadem Joannis Epistolâ legimus, *si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est*. Illud ergo ex primitiis novi hominis, hoc ex reliquiis veteris dictum est. Utrumque enim agimus in hâc vitâ. Paulatim autem novitas accedit, & vetustate cedente succedit. Cùm verò utrumque agitur, in stadio sumus, nec solum percutimus adversarium bonis operibus, sed etiam peccata



*de Oratione Dominica Liber. 171*  
incautiùs evitando percutimur.  
Neque nunc quis nostrum vicerit;  
sed quis crebriùs feriat, quis for-  
tiùs conflagat, attenditur, donec  
alios secum in sempiternam mor-  
tem pertrahat qui homini stanti  
lapsus invidet, & ab aliis trium-  
phantibus in fine dicatur: *Vbi est, 1. Cor. 15.*  
*mors, contentio tua? Vbi est, mors, 55.*  
*aculeus tuus?* Sed neque tam fa-  
cile ab inimico dejicimur, quàm  
cum eum superbiendo imitamur:  
Nec vehementiùs eum prosterni-  
mus, quàm cum humilitate Deum  
sequimur: nec acriores ei dolores  
infligimus, quàm cum plagas pec-  
catorum nostrorum confitendo &  
pœnitendo sanamus. <sup>a</sup> Sed dicis, *a In Psa.*  
minora sunt, minuta sunt, sine *129. med.*  
quibus non potest esse ista vita.  
Congere minuta, & faciunt ingen-  
tem acervum. Nam & grana mi-  
nuta sunt, & tamen massam fa-  
ciunt: & guttæ minutæ sunt, &  
flumina implent, & moles trahunt.  
<sup>b</sup> Quid enim interest ad naufra- *b Epist.*  
gium, utrum uno grandi fluctu *108.*



navis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat navem atque submergat? <sup>a</sup> Quid interest

<sup>a</sup> Ser. 48.  
de divers.  
cap. 9.

utrum te plumbum premat, an arena? plumbum una massa est, arena minuta grana sunt, sed copia te premunt. Minuta sunt peccata. <sup>b</sup> Si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt & opprimunt, sicut unum aliquod grande peccatum. <sup>c</sup> Si contemnis quando

<sup>b</sup> Epist.  
108.

appendis, expavesce quando numeras. <sup>d</sup> Nam rogo vos, quam poterit habere spem salutis piger in remediis, creber in morbis? <sup>e</sup> Sunt autem quaedam quæ levissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri suo, fatue, reum gehennæ putaret, nisi veritas diceret? Cui tamen vulnere subjecit continuo medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adjungens. Mox quippe ait:

<sup>c</sup> Tract.  
1. in Ep.  
Ioan. med.  
d Serm.  
22. de divers.  
cap. 10.  
<sup>e</sup> Ench.  
cap. 79.  
80.

*Si ergo offers munus tuum ad al-*

Matth.  
5. 23.

*Si ergo offers munus tuum ad al-*



de Oratione Dominica Lib. 173  
tare, & ibi recordatus fueris quia  
frater tuus habet aliquid adver-  
sum te, &c. Aut quis æstimaret  
quàm magnum peccatum sit, dies  
observare, & menses, & annos,  
& tempora; sicut observant qui  
certis diebus sive mensibus, sive  
annis volunt vel nolunt aliquid in-  
choare, eo quòd secundùm vanas  
doctrinas hominum fausta vel in-  
fausta existiment tempora; nisi  
hujus mali magnitudinem ex timo-  
re Apostoli pensaremus? qui tali-  
bus ait: *Timeo vos, ne fortè sine* Gal. 4.  
*causâ laboraverim in vobis.* Hinc <sup>11.</sup>  
accidit quòd peccata, quamvis  
magna & horrenda, cùm in con-  
suetudinem venerint, aut parva  
aut nulla esse credantur, usque  
adèd ut non solùm non occultanda,  
verum etiam jam prædicanda &  
diffamanda videantur, quando,  
sicut scriptum est, *Laudatur pec-* Psal. 9.  
*cator in desideriiis anime sue;* & <sup>24.</sup>  
*qui iniqua gerit, benedicitur.* <sup>2</sup> Quæ <sup>2 Ibid.</sup>  
sunt autem levia; & quæ gravia <sup>cap. 78.</sup>  
peccata, non humano sed Divino



*a Homil.*  
50. cap. 3.

funt pensanda iudicio. <sup>a</sup> Quis itaque sanæ mentis non ingemiscat? Cui non per pœnitentiam sic esse displiceat? Quis non totâ humilitate supplicans divino adiutorio se exaudibilem præbeat, donec transeat omnis ista tentationum materies atque umbra terrena; & ille qui nunquam deficit, jam nobis illucescat sempiternus dies? <sup>b</sup> Fratres mei, evigilate ad salutem vestram: evigilate dum tempus est: nullus retardetur à templo Dei.

*b Tract.*  
12. iii  
*Ioan. fr.*

*c Serm.*  
15. de  
*verb. Ap.*  
cap. 15.

<sup>c</sup> Videtis quia viatores sumus. Dicitis, quid est ambulare? Breviter dico, proficere, ne fortè non intelligatis, & pigriùs ambuletis. Proficite, fratres mei: discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus tecum, cui erubescas, & jactes te. Est ibi, sed cui placet humilitas. Ipse te probet. Proba & te ipsum tu ipse. Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti: Si



*de Oratione Dominica Lib. 175*  
autem dixeris, sufficit, & peristi.  
Semper adde, semper ambula;  
semper profice. Noli in viâ remanere: noli retrò redire: noli deviare. Remanet qui non proficit: retrò redit qui ad ea revolvitur unde jam abscesserat: deviat qui apostatat. Meliùs it claudus in viâ, quàm cursor præter viam. <sup>a</sup> Ambulatio ista non corporis pedibus, sed mentis affectibus & vitæ moribus geritur, ut possint esse perfecti justitiæ possessores, qui recto itinere fidei de die in diem in suâ renovatione proficientes, jam perfecti facti sunt ejusdem justitiæ viatores. <sup>b</sup> Quando ergo peregrinantes à Domino per fidem ambulamus, non per speciem ( unde dictum est, *Iustus ex fide vivit*, ) hæc est nostra in ipsâ peregrinatione justitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque justitiæ, ubi in specie decoris ejus jam plena & perfecta charitas erit, nunc ipsius cursus rectitudine & perfectione tendamus. <sup>c</sup> Hæc est nunc nostra justitia, quâ curri-

*a Lib. 2.  
de peccat.  
m. r. cap.  
13.*

*b Lib. de  
perfect.  
iustit. c. 8.*

*Gal 3. 11.*

*c lb. inf.*



mus esurientes & sitientes ad perfectionem justitiæ, ut eâ postea sa-

<sup>a</sup> *Ib. inf.* turemur. <sup>a</sup> Tunc erit justus sine ullo omninò peccato, quia nulla lex erit in membris ejus, repugnans legi mentis ejus: sed prorsus toto corde, totâ animâ, totâ mente diliget Deum, quod est primum summumque præceptum. <sup>b</sup>

Deut. 6  
5. &

Matth.

22. 37.

<sup>b</sup> *Lib. de*

*spir. &*

*lit. cap.*

36.

Ephes. 3.

20.

Matth.

22. 37.

<sup>c</sup> *Lib. de*

*perf. in-*

*tit. cap. 8.*

<sup>d</sup> *Lib. de*

*spir. &*

*lit. c. 36.*

Et ipsa dilectio non solum supraquam hîc habemus, sed longè *supraquam* petimus, & *supraquam* intelligimus, erit; nec ideo tamen

plus esse poterit quam *ex toto corde, ex totâ animâ, ex totâ mente*: Neque enim restat in nobis aliquid, quod addi possit ad totum; quia si restabit aliquid, illud non

erit totum. <sup>c</sup> Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quamvis eam in hâc vitâ nemo habeat: non enim rectè curritur, si quò currendum est, nesciatur.

Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur. <sup>d</sup> Sed ideo

nobis hoc etiam nunc præceptum est, ut admoneremur quid fide ex-



*de Oratione Dominica Lib. 177*  
poscere, quò spem præmittere, &  
obliviscendo quæ retrò sunt, in  
quæ anteriora nos extendere de-  
beamus. Ac per hoc, quantum  
mihi videtur, in eâ quæ perficien-  
da est justitiâ multùm in hâc vitâ  
ille profecit, qui quàm longè sit à  
perfectiõne justitiæ, proficiendo  
cognovit. Sed si dici potest quæ-  
dam justitia minor, huic vitæ com-  
petens, quâ *justus ex fide vivit*, Gal. 3. 11.  
quamvis peregrinus à Domino, &  
ideo *per fidem ambulans, nondum* 2. Cor. 5.  
*per speciem*; non absurdè dicitur, 7.  
etiam ad istam pertinere ne peccet.  
Neque enim si esse nondum potest  
tanta dilectio Dei, quanta illi co-  
gnitioni plenæ perfectæque debe-  
tur, jam culpæ deputandum est.  
Aliud est enim totam nondum asse-  
qui charitatem; aliud nullam se-  
qui cupiditatem. Quamobrem de-  
bet homo, quamvis longè minùs  
amet Deum, quàm eum potest  
amare conspectum, nihil tamen  
appetere illicitum: sicut etiam in  
his quæ adjacent sensibus corpo-



ris potest oculus nullis tenebris delectari, quamvis non possit in fulgentissimâ luce defigi. <sup>a</sup> Sic ergo curramus, ut comprehendamus: omnes enim qui rectè currunt, comprehendent; non sicut in agone theatro *omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam.* Curramus credendo, sperando, desiderando. Curramus corpus castigando, & eleemosynas in dandis bonis, malisque ignoscendis hilariter & ex corde faciendo; & currentium vires ut adjuventur, orando: & sic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis.

SICUT ET NOS DIMITTIMUS  
debitoribus nostris.

<sup>b</sup> Ser. 29. <sup>b</sup>  
de verb.  
Ap. c. 6.

**S**ponsio hæc cum Deo, vera sponsio, & fixa conditio est. Tu homo es, & habes debitorem, & debitor etiam tu es. Accedis ad Deum qui habet debitores, & debitor non est, ut postules tibi debita